Pro quibus quidem damnis Tribus modo praemisso succubitis ac
pro transportanda Inscriptione praefata Citta exnunc una pars vel
eius succes(sores), ad instantiam Partis alterius aut eius successorum
ad officium praesens Castren. Capitale Premyslien. ex tunc recessu supra
scripto quo ad respondendum et pro praemissis satisfaciendum mediante, in primo
cittationis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere, producendum
iniq3 Tribus praefatis ac re ipsa praesenti non completa satisface-
re debebit seq3 ac suos succes(sores) obligat. Eundemq3 terminum primum per-
emptorium et alios omnes consequentes eiusdem causae terminos sem-
per peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitatis suc-
cessorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad muni-
menta, ad evictorem, vel aliis quibusvis legalibus impedimentis et
dilationibus non differendo, Ad quietationem ultra praesens terminos officii praefati Ca-
stren. Premyslien. dictum sibi non recipiendo, nullasq3 motiones, ap-
pellationes et earum prosequutiones faciendo, Ad praemissa omnia poenis simplici-
bus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus iuris, cessione
Terri, bello conventionesq3 et aliis quibusvis iuris remediis non
subterfugiendo. Hac sua praesenti Inscriptione mediante.

1625 30/VIII

# Actum in Castro Premyslien.
# Sabbatho post festum Sancti Bartholomaei Apostoli proximo, Anno Domini Millesimo Sexcentesimo vigesimo quinto.
## Suchodolski Szaporowskie debet.

Comparens personaliter coram officio Actisq3 praesentibus Castren. Capitalibus Premyslien.
Generosus Bartholomeus Suchodolski, à terris, dictibus, foro, iure
ac iurisdictione sua quavis propria et competenti recedendo, se vero cum bo-
nis suis generaliter omnibus summisq3 primariis quibusvis praesenti Castren. Capitali
iuris-



iurisdictioni quantum ad inferius scripta spectat et pertinet totaliter
et plenarie incorporando sanus mente et corpore exnunc publice, li-
bere et per expressum recognovit. Quia se ac suos succes(sores) in et super
bonis suis generaliter omnibus inscribit et obligat praesentibus Generoso Petro Szapo-
rowski ac eius posteris summam mille florenorum pecuniae polonicalis cer-
ti, veri et liquidi debiti apud ipsum Generosum Szaporowski mutu-
ati Generosus et actu praesenti dei forenss in sex septimanis proximis et
immediate sese subsequentibus dare, solvere, et coram officio Actisq3
Castren. Chelmen. redditu et in effectu reponere et relinquere, reposi-
tamq3 et relictam rursus ab eodem officio non effidevibere nec arre-
stare vel quovis modo impugnare sub vadio similis summae
mille florenorum pecuniae polon., per eundem Recognoscentem ac eius succes(sores) praefato Ge-
neroso Petro Szaporowski ipsiusq3 posteris ob non solutionem summae
praefatae pro tempore et loco supra expresso ad solvendum succumbet. Insuper
idem Recognoscens Generosus Bartholomeus Suchodolski dat et concedit ple-
nariam facultatem et omnimodam potestatem praenominato Generoso Petro Szapo-
rowski atque ipsius successoribus Inscriptionem praesentem ex his Actis Castren.
ad Acta quaevis autentica Regni virium perpetuitatem habentia quando-
cunque voluerit transferre et transportare, quam transpor-
tationem eius valoris fore declarat, ac si se Recognoscente praesente acta et
peracta fuisset. Pro quo quidem vadio modo praemisso succubito ac
summa ipsa praesenti persolvenda complendaq3 praemissis Citus exnunc memo-
ratus Recognoscens Generosus Bartholomeus Suchodolski vel eius succes(sores), ad in-
stantiam praedicti Generosi Petri Szaporowski aut eius posterorum ad
officium Castren. Capitale Chelmen., ex tunc respondendo ut supra, à terris,
dictibus, foro, iure ac iurisdictione sua quavis propria et competenti, se ve-
ro cum successoribus bonisq3 suis generaliter omnibus ac summis primariis quibusvis
iurisdictioni officii praefati Castren. Capitalis Chelmen. quoad respondendum et In-
scriptioni praesenti in toto satisfaciendum incorporando, semper in primo cita-
tionis termino tanquam peremptorio stare, parere, respondere pro maiori praefato

ac summa ipsa principali non soluta, tum cittatis omnibus satisfacere debebit et tenebitur, seque ac suos succes. obligat. Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusque terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori, minorennitate succes sorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad evictorem vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dilationibus non differendo, ad quietationem ultra processus terminos dillationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes et earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalibus iuri, exceptione Fori, bello conventionesque et alijs quibusvis iuris remedijs et defensis non subterfugiendo. Hac sua praesenti Inscriptione mediante.

## Szaporowski et Krupicki Roboravit

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitanealibus Premysliensibus Generosi Petrus Szaporowski ab una, et Stanislaus Krupicki et Generosi Balthasar Krupicki filius partibus ab altera, A Terrestri, Iudicibus iuribus iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo suam aut iurisdictioni Castren. Capitaneali Premysliensi quoad infrascripta cognitionem spectat et pertinet se cum successoribus bonisque suis generaliter omnibus ac summis praemarijs quibusvis incorporando sani mente corporibusque existentes publice, libere et per expressam recognitionem et quilibet eorum suo pro interesse recognovit Quia se ac suos succes. in et super bonis suis generaliter omnibus habitis et habendis mutuo et vicissim una pars alteri ac posteris inscribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se Recognoscentes occasione quarumcunque rerum et conditionum ibique in eadem Intercisa contentarum de actu et data hic Premysliae die hodierna actis praesentis confectam manibus proprijs ipsorum Recognoscentium subscriptam et vadio trecentorum florenorum pecuniae polonicalis firmat in omnibus et singulis eiusque Intercisae conditionibus, punctis, clausulis, articulis, ligamentisque et nexibus univer

sis.



sis tam in parte quam in toto firmiter tenere, complere et exequi ac inviolabiliter observare, omnibusque et singulis illis contentis totiens quotiens opus fuerit satisfacere, praefatam Intercisam ad Inscriptionem praesentem et Inscriptionem praesentem ad praefatam Intercisam vicissim mutuo referendo, sub vadio Trecentorum florenorum pecuniae polonicalis per Partem Partis cum successoribus in casu non completionis praemissorum omnium et singulorum in Intercisa praefata et Inscriptione eius praesenti roborata contentorum totiens quotiens opus fuerit ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Caeterum Partes suprascriptae utraeque dant et concedunt sibi mutuo et vicissim plenariam facultatem et omnimodam potestatem Inscriptionem praesentem ex his Actis Castren. ad Acta quaevis authentica Regni quandocunque alterutri eorum visum fuerit transferre et transportare, quae transportatio per unam partem alterutra absente facta eiusdem roboris esse debet, ac si utraque parte acta et peracta fuisset. Pro quo quidem modo praemisso succubito ac re aliqua principali non completa complendisque praemissis cittata exinde pars una vel eius succes. ad instantiam Partis alteris vel eius posterorum ad officium Castren. Capitaneale Chelmen. ex tunc vadio ut supra quo ad respondendum et pro praefatis omnibus satisfaciendum a iurisdictione sua quavis propria, et eorum officio Castren. Capitaneali Chelmen. sese ratione eorundem subijciendo in primo cittationis termino stare, parere, respondere pro vadioque praefato ac re aliqua principali non completa tum cittatis omnibus tam in parte quam in toto totiens quotiens opus fuerit satisfacere debebit et tenebitur seque ac suos succes. obligat, Eundem terminum primum peremptorium et alios omnes consequentes eiusque ratione terminos semper peremptorios, vera infirmitati, pro maiori, minorennitate succesorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad munimenta, ad evictorem, vel alijs quibusvis legalibus impedimentis et dillationibus non differendo, ad quietationem ultra processus terminos dillationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes,